

Textdossier (2)**15. CIL 6.45**

Apollini sancto
 Memmius Vitrarius
 Orfitus v(ir) c(larissimus)
 bis praef(ectus) urbi
 aedem providit
 curante Fl(avio) Claudio
 Euangelo v(iro) c(larissimo) comite

5

16. Aur. Vict. Caes. 40.28

... Statuae locis quam celeberrimis, quarum plures ex auro aut argenteae sunt; tum per Africam sacerdotium decretum Flaviae genti, Cirtaeque oppido, quod obsidione Alexandri conciderat, reposito exornatoque nomen Constantina inditum. ...

17. CIL 11.5265

Exemplum sacri rescripti:
Imperator Caesar Flavius Constantinus
Maximus Germanicus Sarmaticus Gothicus Victor
triumphator Augustus et Flavius Constantinus
et Flavius Iulius Constantius et Flavius
Constans:
omnia quidem, quae humani gene-
ris societatem tuentur, perva-
gilium cu-
rarum cogitatione complectimur, sed pro-
visionum nostrarum opus maximum
est, ut universae urbes, quas in luminibus provin-
ciarum ac regionum omnium species et forma dis-
tinguit, non modo dignitatem pristinam teneant,
sed etiam ad meliorem statum beneficiae nos-
trae munere provehantur. cum igitur ita vos Tusci-
ae adsereretis esse coniunctos, ut instituto
consuetudinis priscae per singulas annorum vi-
ces atque predictis sacerdotes creentur,
qui apud Vulsinios Tusciae civitatem ludos

5

10

15

scaenicos et gladiatorum munus exhibeant, 20
 sed propter ardua montium et difficultates iti-
 nerum saltuosas inpendio posceretis, ut indulto
 remedio sacerdoti vestro ob editiones cele-
 brandas Vulsinios pergere necesse non esset,
 scilicet ut civitati, cui nunc Hispellum nomen 25
 est quamque Flaminiae viae confinem *atque* con-
 tinuam esse memoratis, de nostro cognomine
 nomen daremus, in qua templum Flaviae gentis
 opere magnifico nimirum pro amplitudine
 nuncupationis *exsurgeret* ibidemque *is* 30
 sacerdos, quem anniversaria vice Umbria de-
 disset, spectaculum tam *scaenicorum* ludorum
 quam gladiatorii muneris *exhiberet*, manente
 per *Tusciam* ea consuetudine, ut indidem cre-
 atus sacerdos *apud* Vulsinios, ut solebat 35
 editionum antedictarum spectacula fre-
 quentaret, *precationi ac* desiderio vestro
 facilis accessit noster adsensus. nam civi-
 tati Hispello aeternum vocabulum nomenque
 venerandum de nostra *nuncupatione* conces- 40
 simus, scilicet ut in posterum praedicta urbs
 Flavia Constans vocetur, in cuius gremio
 aedem quoque Flaviae hoc est nostrae gen-
 tis, ut desideratis, magnifico opere *perfici*
 volumus ea observatione perscripta, ne ae- 45
 dis nostro nomini dedicata cuiusquam *con-*
tagiosae superstitionis fraudibus polluatur.
 consequenter etiam editionum in prae-
 dicta civitate *exhibendarum* vobis
 licentiam dedimus, scilicet ut, sicuti 50
 dictum est, per vices temporis sollem-
 nitas editionum Vulsinios quoque non de-
 serat, ubi *creatris* e Tuscia sacerdotibus memo-
 rata celebritas exhibenda est. ita quippe nec
 veteribus institutis plurimum videbitur 55
 derogatum et vos, qui ob praedictas causas

nobis supplices extitistis, ea, quae inpen-
dio postulastis, impetrata esse gaude-
bitis

18. CIL 11.5283

C(aio) Matrinio Aurellio

C(ai) f(ilio) Antonino v(iro) p(erfectissimo)

coronato Tusc(iae) et Umb(riae)

pont(ifici) gentis Flaviae

abundantissimi muneris sed et

5

praecipuae laetitiae theatalis editori

aedili quaestori duumviro

iterum q(uin)q(uennali) i(ure) d(icundo) huius splend{id}issimae

coloniae curatori r(ei) p(ublicae) eiusdem

colon(iae) et primo principali ob meritum

10

benevolentiae eius erga se

[ple]bs omnis urbana Flaviae

Constantis patrono

dignissimo